Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tetrarcha autem galylee herode · philippo autem frē ei tetrarcha
ituree & traconytidis regionis · & lysania abylinę tetrarcha · sub
principib sacerdotum anna & caypha · factum est uerbū domini
sup iohannem zacharię filium in deserto dicens · & cęta · Iohannes
quoq; apls in euangeliis quatuor eminentissimus · postq quam
dixit de uerbo dei qui est ipse filius ante omia sela creature · quia
omia p ipsum facta sunt · intulit continuo de ohis pdicatione
ac testimonio dicens · Fuit homo missus a deo · cui nom erat iohes ·
Unde iam uidendum est de ipso iohanne quatuor euangelistarū
narrationes quē admodum inter se non discordent · non ut
hoc a nobis pomia requiratur aut exigatur · quomodo fieri
de primordiis nati ex maria xpi · quem admodum inter se ma
theus lucasq; consentiant · ut ex utriusq; narratione una faceremus
demonstrantes tardioribus quem liber eorum comemorando quod
alter docet · uel tacendo quod alter comemorat · non impedire
intellectum · ueracis narrationis alteri · ut hoc exemplo sic ame
factum est · siue alio modo comodius fieri · possit · ut uideat
unusq;q; & in ceteris locis talib fieri posse · quod hic factum ee
pspexerit · Iam g ut dixi uideamus quatuor euangelistarū de bap
tista iohanne consensum · Matheus ita sequitur · In dieb aut
illis uenit iohannes baptista predicans in deserto iudee · Marc
non dixit in illis dieb; quia nullam seriem rerum ante pmiserat
in quarum rerum dieb; intelligeretur · dicere si diceret in illis
diebus · Lucas aut p potestates terrenas signatū ipsa tempora
expressit · pdicationis · uel baptismi iohannis dicens · Anno aut
quintodecimo impii tyberii cesaris · pcurante pontio pilato
iudeam · tetrarcha autem galylee herode · philippo aut frē
eius tetrarcha yturee & traconytidis regionis · & lysania aby
linę tetrarcha · sub principib; sacerdotum anna & caypha ·